& a corporibus eorum prosilientes coruscaluce fulgores· sicut specietē de
sicæ gaudentes inlustrāt· ita faciem diaboli inuidentis obcæcant· Nam
ut audaces latronum duces· siue impii sepulchrorum effossores sifor
tedum præ das agunt aut spolia capienda conquirunt· in arma uel
ornamenta imperatoris incurrerint· Quam lib& cupidi prædarum,
tamen ita agnitis regis insignibus deterrentur ut fugiant· neq; com
minus accedere uel adtangere audeant; Unde sibi non conpendium
pcedere· sed periculum prouident inminere· siquid inde audeant
usurpare· Ita profecto & demones qui uere latronum & principes
& magistri sunt· ubi coronatorum martyrum corpora uiderint posita
longe ilico a conspectu eorum pauidi fugiunt· & absiliunt; Non enim
ad naturam eorum ter immortalem intendunt· sed in arcanam digni
tatem & gloriam xpi· qui in agone certaminum induta corpora mar
tyrum suorum sicut arma portauit; Huiusmodi enim arma non an
gelus· non archangelus· non nulla alia creaturæ uirtus induta est· sed ipse
dns uirtutum angelorum· & sicut paulus clamat dicens· si experimentū
quæritis proeliantis in me xpi· Pretiosa enim sunt corpora martyrum·
qm plagas pro dno susceperunt· & quia stigmata propter xpm menbris
suis inpressa circumferunt; & sicut corona regalis undiq; decorata
fulgores uarios emittit· ita & scorum martyrum corpora sicut pręti
osis lapidibus acceptis pro xpo uulneribus· distincta omni regum diademate
pretiosiora & spectabiliora redduntur· & illi quidem secularium expec
taculorum præsules siue arbitri· quos græci agonothetas uocant pponen
tes certamina· magnum numeris ambitum esse existimant· quando
iuuenes & robustos luctatores in stadium introduxerint· Unde prima

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0070